



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 135. Alexandri, ac Valentini Ducis persidia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

non minori promptitudine, quam affectu sæcul. XVI.  
obtinuit; Ludovicus enim datis ad Me- A.C. 1502.  
diolanensem Gubernatorem literis jussit,  
ut Gallicum Equitatum per Alpeninum  
montem transmitteret, quinque Hely-  
tiorum millia navibus imponeret, ac o-  
muni cunctatione remota in Urbinatis Du-  
catum penetraret. His suppetiis fracta  
est Foederatorum factio, tandemque die  
vigesima quarta Decembris hujus anni  
pax conclusa, atque utrinque firmata est,

## §. CXXXV.

*Alexandri, ac Valentini Duxis  
perfidia.*

Verum Valentini Dux hujus reconciliatio- Guicci. hist.  
natis securitate foederatos ideo la- Ital. lib. 5.  
stabat, ut eo facilius eorum exitium ma- Aubery hist.  
turaret; quippe fancita pace illos indu- Cardinal.  
xit, ut eum accederent, ac cum copiis suis  
Senogaliam venirent, illi autem postquam  
urbem ingressi sunt, mox includuntur,  
& Vitelofsius ac Liberottus Firmanus la-  
queo suffocantur, Ursinus vero in teturum  
carcerem conjicitur. Pontifex ad pri-  
mos hujus facinoris rumores Cardina-  
lem Ursinum, ceterosque hujus familiæ  
Viros, qui initæ concordiae fiducia dece-  
pti, Romæ agebant, comprehendendi jubet;  
fertur quoque, huic Cardinalem propri-  
nato Cantharidis veneno necatum suis-

Cc 2

se;

Sæcul' XVI. se; omnem tamen crudelitatis modum  
 A.C. 1502. excessisse videtur, quod Alexander, cum  
 Cardinalis nuper firmato foederi confisus,  
 cum ceteris Romam reverteretur, eun-  
 dem missio nuncio rogaverit, ut ad se ve-  
 niret, eoque maximi momenti res esset,  
 quam illi communicaret; Cardinalis vix  
 Palatium Vaticanum ingressus, mox ca-  
 ptus abstrahitur, interea vero Archiepi-  
 scopus Florentinus, Ursini Proto-Notari-  
 ius, ac nonnulli alii eidem foederati  
 comprehenduntur, qui omnes ad arcem  
 S. Angeli deducebantur. Postea Cardi-  
 nalem Papa compulit, ut mandato sub-  
 scriberet, vi cuius Valentino Duci e-  
 jus Filio cunctæ Ursinorum urbes trade-  
 rentur, denique Cardinali jam per viginti  
 dies carceris squalore cruciato vene-  
 num propinatur, vigesima autem secunda  
 Februarii die Anno Domini millesimo  
 quingentesimo tertio Alexander, ut hau-  
 sti veneni suspicionem tolleret, hujus Pur-  
 purati corpus vultu ejus omnibus con-  
 spicuo, sub meridiana luce ad Basilicam S.  
 Petri deferri, cunctosque Cardinales e-  
 xequiis adeisse jussit. Ceterum Paulus e-  
 Ursinus, & Gravinae Dux laqueo suffoca-  
 ti perierunt, Balionii quoque ædes Pe-  
 rusi cingebantur, ille vero jam antea op-  
 portuna fuga in Neapolis regno libertati  
 fuæ consuluerat.

§. CXXXVI.